



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 56. Quæ Privilegia sint à Concilio Tridentino revocata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

202
 De Conservatoribus Ecclesiasticis.
 retribuntur Emanuel Roder. d. art. 6. col. 2. omnis vero dispositio intelligenda est se-
 cundum conditionem personarum ad quas deriguntur. glo. l. si quando ff. de iur. offic.
 test. l. plenum §. equitius ff. de usufruct. Barth. l. ex Militari §. sed utrum ff. de Milit. test.
 Deinde Concil. Trid. non renouasse conservatorias universitatum aut regularium
 similisve facta congregatio Concilij Trid. interpretes resolvit, teste Farinaceo par. 4. ad
 cap. 5. sess. 14. de reform.

QUESTIO LV.

Utrum constitutio Concilij Lateranensis modificans conservatorias exemptionum
 neque sit in viridi observantia,

SUMMARIUM.

1. Constitutio Lateranensis est in viridi observantia nisi Pontifex illi deroget.
2. Variæ Bullæ derogant huic constitutioni.

Respondetur esse, cap. de constit. & Navar. cons. 1. de constit. idque nisi posteriore aliqua constitutione sit revocata in totum vel pro parte. abrogare l. derogare ff. de verb. sig. aut etiam nisi summus Pontifex vivæ vocis oraculo eidem constitutioni derogaverit quod & fecisse Leonem X. Anno 1519. in vigilia Visitationis B. Mariæ qui ejusdem Concilij Lateranensis autor fuit in favorem ordinis Minorum observantia testatur Emanuel Roderic. Reg. quest. tom. 1. quest. 8. art. 9. refertque eadem quaestione art. 10. extare Bullam Pauli Papæ IV. anni 1549. mensis Martij die 10. specificè revocatoriam dicti Concilij Lateranensis in favorem quorundam ordinum.

QUESTIO LVI.

Quæ Privilegia sint à Concilio Tridentino revocata.

SUMMARIUM.

1. Conc. Trid. multis casibus derogat exemptionibus conservatorum universitatum aut collegiorum.
2. Conc. Trid. non derogat iurisdictioni
3. Privilegia quibus non est derogatum manent

